

Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Geminae quaestiones in iure publico et in re libera tractatae quas praesit Petro Leopoldo. S. V. D. examinandas proposuit Andr. Petrus Wolffm. Regiomont. Franc. Jenae.
2. Juris aliquot emendata, quas praesit Heinrico Bocero Sr. pro Doctoratibus in utroque iure in iuris publicis disputationibus subiecit Georgio Wolfgango Hilbornmanno, Neuwirg. Palatinus Tubingae.
3. Propositiones Juris publici quas publice discutendas proposuit Christophorus Treibisig S. V. D. Resp. Conrado Casp. Bovio, Wittenberg. Lipsiae.
4. Dissertatio ad tit. 5. et 6. libri 2. ff. quam praesit Christophoro Besoldo Sr. discutendam proposuit Burkhardus Ehinger, Tubingae.
5. Diss. de Jure Naturae praesit Johanne Gypsiandro S. V. D. defensa a Georgio von Broy, Akenburg. Tuberae Fr. Jenae.
6. Diss. de necessitate defensionis praesit Heinrico Bocero Sr. proposita a Daniele Rantow. Tubingae.
7. Conclusiones de Jurisdictione quas eodem praesit Dominico Jure in iure insignium sequendum causa publicis censuras subiecit Johannes Georgio Halbitter. ibid.
8. Assertionem legales de transactione quas praesit Petro Theodoro S. V. D. pro gradu Doctoratus in utroque iure sequendo discutendas proposuit M. Georgio dist. Lips. Jenae.
9. Diss. de transactionibus praesit Johanne Harprecht. Sr. pro summo in utroque iure gradu sequendo publicis examini submissa a Georgio Langen. ibid. Tubingae.

Theles Juridicæ,

D E

FIDEIVSSORIBVS.

Q V A S

ALTISSIMI AVXILIO:

*Ex decreto & permisso Amplissimæ Faculta-  
tis Iuridicæ in inclyta Tubingensi Aca-  
demia:*

SUB PRÆSIDIO

Nobilis, Amplissimi & Consultissi-  
mi Viri,

D N. C H R I -  
S T O P H O R I B E -  
S O L D I, I C. E T I N E A D E M  
T V B I N G E N S I A C A D E M I A A N T E C E S -  
s o r i s C e l e b e r r i m i: F a u t o r i s a t q; P r æ c e p t o r i s  
s u i c o l e n d i s s i m i:

*Publici exercitij gratiâ discutiendas  
proponit*

ad 23. & 30. Jan. in Auditorio Jctorum.

S T E P H A N V S M A R C H -  
d r e n c k e r, A u s t r i u s.

OS SO

T V B I N G A E,

Typis Theodorici Werlini, Typof. Anno

M D C X V.

ILLVSTRIBVS  
AC GENEROSIS DOMI-  
nis : Strenuis Nobilissimis & Amplissi-  
mis Viris, Duorum laudatissimorum Sta-  
tuum, Baronum & Equitum Inclyti su-  
perioris Austriae Archiducatus, Dominis  
Deputatis, &c. Dominis suis Mœcenati-  
bus ac Patronis æviternum honoran-  
dis submissa q̄; devotione  
prosequendis.

Pauca hæc Juris *ἑωγήματα*

*In felix novi anni auspicium,  
Debitæ gratitudinis monumentum,  
Studiorum suorum testimonium*

*Humiliter dicat & consecrat*

Stephanus Marchdrencker Au-  
thor & Respondens.

I.  
T H E S I S I.



Onstat duo personarum esse genera, quæ in contractu stipulationis intervenire solent. Quædam enim principales, quædam minùs principales sunt sive accessoriz, quas fideiussores indigetant. Quorum cum usus hodiè sit passim frequentissimus, & materia tota practicabilis, (a) tractationem de his instituere visum est. Primùm igitur ante omnia videbimus, quid sit fidejussor? Eum autem propriè (b) fideiussorem (c) appellamus, qui stipulatione interposita (d) pro debitore aliquo, citra novationem, (e) se ad debiti solutionem in subsidium (f) adstringit.

a) teste Ioanne Saixon, in consuet. Turon. tit. 1. quæst. 24. gl. 3. vers. nunc placet compendiosè. Nec dubitandum est, hoc loco, quin fidejussio sit licitus, honestus, necessarius, imò pius actus. arg. Genes. c. 42. vers. 37. & c. 43. vers. 9. Lucæ c. 10. vers. 35. & per. tex. in l. 24. §. 1. ff. de min. l. 5. ff. de pig. l. 1. & d. l. 8. §. & generaliter. ff. hic. (b) In larga enim significatione omnis is, qui pro alio intercedit, & pro alterius obligatione debitorem se constituit, fideiussor dici potest. l. 4. ubi Gothofred. ff. de condiçt. caus. dat. Val. Franc. de fideiuss. c. 1. nu. 3. Vvesenb. in parat. ff. h. nu. 2. (c) quem sponsores aut appromissorem Cicero & veteres I Cti appellant. l. 5. §. satis acceptio. ff. de verb. obl. & l. 43. ff. de solut. Dissent. Schneid. post Ang. ad rubr. Inst. hic nu. 7. Fideiussores etiam intercessores vocari liquet ex l. venditor. 23. ff. de hered. vel act. vend. l. si mulier. C. ad SC. Velleian. item interventores. l. ait prætor. §. non solùm. ff. de min. l. licet. §. fin. ff. de obseq. par. (d) l. 8. ff. h. l. 12. C. eod. d. l. 5. §. 2. de verb. oblig. non igitur nudo pacto fideiussio contractibus apposita ullum inde fomentum accipit. Bald. in l. 3. Cod. de rer. permut. quæst. 12. per alleg. ll. & l. 27. C. de locat. nè jure quidem Canonico. Vasq. 1. illustr. controu. 33. num. 2. (e) §. 5. Inst. h. l. 6. l. 34. ff. eod. in quo differt fideiussor ab expromissore, quo interveniente reus principalis liberatur, quasi novatione facta, arg. d. l. 4. ff. de condiçt. caus. dat. l. 8. §. si convenerit. ff. ad SC. Vellei. Val. Francus. de fideiuss. d. c. 1. n. 34. (f) Novell. 4. c. 1. & 2. ubi gl. in vers. hypothecariis.

2. Species fideiussorem variz à Dd constituuntur. Alij enim eos ab ipsa obligationis forma, (a) alij ratione debitoris principa-

lis, (b) quidam ratione loci, (c) nonnulli respectu causæ (d) distinguunt.

a) Dum vel expressè vel tacitè fidejussores intercedere volunt. *Bart. in l. reos. in prin. ff. de duob. reis* tacitæ fidejussionis exemplū videtur esse in *l. 4. §. fin. ff. de fideiuss. tut.* A forma obligationis alium quoq; fidejussorem succedaneum aut subalternum vocant; qui pro alio fideiussore intercedit (Germanicè *Ruckbürg*) alium fideiussorè indemnitate, (nostrate lingua *Schadlosbürg*) qui in subsidium promittit, quantò minùs à principali exigi potest. *l. 6. ff. de novat. l. tutor. §. quid ergò. ff. ad Velleian. l. 7. ff. de fideiuss. tut.* vel qui in reliquum non exolutæ quantitatis accedit. *l. 45. §. si principalis. ff. de iure fisci* *Diss. Schneidevvin. in §. 1. nu. 6. Inst. h. Hieron. Trentl. select. disp. vol. 2. disp. 28. th. 3. lit. E.* qui fidejussorem indemnitate *Schadlosbürgen/* cum fideiussore fideiussoris dem *Ruckbürgen/* confundunt, (b) in voluntarios & necessarios, ut merè voluntarius fideiussor dicatur: quando reus principalis fideiussores præstare non, nisi sua voluntate, adstringitur: necessarius verò, quando à lege vel magistratu ad satisfaciendum compellitur, *l. 7. §. 1. l. seq. §. 4. ff. qui satisd. cog. Trentl. d. disput. vol. 1. disp. 5. thes. 1. lit. B* (c) in judiciales & extrajudiciales. *Val. Franc. de fideiuss. c. 1. nu. 36* (d) quatenus alius in causa civili, alius in causa criminali adhibetur. *Franc. d. tract. de fideiuss. c. 1. n. 40. Anton. Hering. de fideiuss. c. 4. n. 16.* cui suffragari videtur, quòd omnis satisfactio vel civilis vel criminalis esse dicitur. *tot. tit. ff. qui satisd. cog. l. un. C. de satisd. ubi Vvesenb. n. 3. id notat.*

3. Fideiussores autem dare necesse habet omnis debitor, exigente id creditore, (a) non modò cui facultates sunt exiguæ, aut qui de futura inopia, dolo, fugav' e suspectus est: (b) verùm etiam, qui dives & benè solvendo: (c) nisi commodè fideiussores invenire nequeat. (d)

a) Debitor etenim ultrò ad hanc necessitatem ipse se offerre minimè tenetur. *arg. l. 2. §. 1. ff. quor. legat. l. 1. §. non exigit. ff. ut in poss. leg.* (b) *l. 7. §. fin. ff. qui satisd. cog. l. 31. ff. de reb. auth. iud. possid. Matth. Coler. de process. exec. par. 1. c. 2. nu. 102. & seq. n. 134. & par. 2. c. 3. n. 106. cum seqq.* (c) *l. 1. §. 1. ff. ut leg. serv. caus. cav. l. 3. §. 5. ff. si cui plus, quàm per l. Falcid. l. minor. §. 1. §. fin. cum duab. ll. seqq. ff. de procur. l. 110. §. 1. ff. de R. Iur. l. 166. ff. eod. Dissent. Dd. communiter, qui sufficere dicunt, si nondam cautionem sub generali hypotheca bonorum suorum debitor locuples interponat, *Bart. & Iohan. de Plat. in l. quicumq; C. de fund. patrim. lib. II.**

lib. 11. & alii, quos allegat Petr. Heig. in quest. iur. par. 1. quest. 36. nu. 23. & seq. ita ut nec pignus creditori invito pro fideiussore obtrudere liceat. l. 3. l. 6. ff. de præc. stipul. l. 2. §. mutui datio. in fine. ff. de reb. credit. Diss. gl. in l. prætorie. 7. ff. de præc. stipul. Dec. in l. 25. de R. I. Speciale tamen est in satisfactione de iudicio fisci, quam possessor rerum immobilium præstare non compellitur. l. sciendum. in pr. ff. qui satisd. cog. An autem omnis, qui fideiussorem præstat, statim se hoc ipso debitorem fateatur, dubitari posset? non puto. (d) auth. cui relitum. C. de indict. vid. toll. nec enim vel delicatus debitor vel onerosus creditor esse debet. l. 25. in fine. ff. de pign. act.

4. Qui fideiussores accipit, est omnis creditor ex quocunque contractu. (a) Nec interest, an purè vel in diem, vel sub conditione sit creditor. (b) Item pater à filio, (c) dominus à servo: (d) fideiussores rectè exigit: non autem ex diverso filius à patre, (e) aut servus à domino. (f)

2) l. 1. ff. h. l. 2. C. eod. Gædd. de contrah. stipul. c. 5. conclus. 4. nu. 13. & seq. non tamen cogitur alios fideiussores accipere, quàm quos ipse vel iudex causa cognita approbavit. l. 9. §. omnis. ff. de pign. act. l. 6. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solv. nec testator heredi suo injungere potest, ut paupere contentus sit fideiussore. Anton. Hering. post Gail. 2. observ. 145. nu. 13. & Ari. Pinell. in l. 1. p. 2. num. 76. ad fin. C. de bon. matern. in tract. de fideiuss. c. 8. n. 87. Diss. ibid. nu. 86. citati Dd. Si verò creditor iudicio sistendi causa fideiussorem idoneum accipere recusat, injuriarum tenetur. l. 5. §. 1. ff. qui satisd. cog. quod secus esse puto, si pro securitate contractus, aut impletione ultimæ voluntatis recuset. nulla enim tunc injuria committitur. Diss. Specul. in tit. de accus. §. 1. nu. 36. & Dd. in d. l. 5. §. 1. ff. qui satisd. cog. (b) l. 6. §. 1. l. 16. §. 5. l. 29. ff. h. (c) l. 56. §. 1. ff. h. (d) l. si à reo. §. 3. ff. h. (e) d. l. 56. §. 1. nisi in bonis castrensibus vel quasi: quippe quorum nomine etiam lis & actio inter filium & patrem esse potest. l. 4. ff. de iudic. l. adoptivum. in princ. ff. de in ius voc. Aliud quoque obtinere in filio emancipato apparet ex l. 3. C. de in ius voc. sed propter reverentiam etiam ab emancipato satisfactio patri remitti debet. arg. l. liberto. ff. de obseq. par. & patr. præst. l. 7. ff. ut leg. serv. caus. (f) §. item inutilis. 6. Instit. de inut. stipul.

5 Sic & maritus ab uxore; & contra uxor à marito fideiussores accipere possunt: (a) modò id nè fiat in contractibus inter eos

lege prohibitis. (b) Nonnunquam etiam magistratus fideiussores ex officio exigit. (c)

a) per tradita ab Alex. consil. 86. vol. 5. Gœdda. de contrah. stipulat. c. 6. concl. 23. nu. 370. latissime Tiraq. in legib. connub. gloss. 8. nu. 111. & Dan. Moller. in Commentar. ad constit. Sax. const. 15. nu. 49. par. 2. (b) ut sunt donatio. l. 1. & seq. ff. de don. int. vir. & uxor. causa dotis. tot. tit. C. ne fideiuss. dot. dent. & omnes imaginarij & colorati contractus. l. contractus ff. de O. & A. l. 12. in princ. ff. de iure dot. l. 17. ff. ad SC. Vellei. l. 32. §. idem erit. ff. de don. int. vir. & uxor. Ratio est: quod, quando principale non subsistit; nec eius accessorium subsistere potest. (c) Putà, à tutoribus & curatoribus. in princ. Inst. de satisd. tut. iunct. l. 1. ff. qui satisd. cog. l. 1. l. 4. §. 4. ff. rem pupilli salu. fore.

6. Fideiubere possunt regulariter omnes, qui stipulando obligari: (a) siue sint patres familiàs, siue filij familiàs: (b) nisi à lege specialiter prohibiti reperiantur: veluti, fœmina: (c) miles: (d) servus: (e) clericus, (f) & monachus. (g)

a) Azo in princ. C. h. Vnde meritò à fideiussione prohibentur infantes, quia neque intellectum neque consensum habent. §. 9. vers. sed quod. Inst. de inut. stipul. l. 1. in prin. ff. de V. O. pupilli sine tutoris auctoritate. §. 1. & seq. Inst. de auth. tut. furiosi §. 8. Inst. de inutil. stipul. muti, surdi §. 7. Inst. eod. hodiè tamen in muto, qui scribere novit, velleque se fideiubere per scripturam declaret, secus esse tradit Damhoud. de tut. & curat. c. 6. n. 14. quem refert Franc. de fideiuss. c. 2. n. 26. ebrij quoque à fideiussione arcentur, arg. l. 48. ff. de R. I. Gail. 2. obser. 110 nu. 28. item prodigi. l. 6. ff. de V. O. (b) l. 3. §. sed si filius. ff. de pecul. l. nulla. §. C. quod cum eo, qui in. l. 3. ff. h. l. filiusfam. 8. C. eod. nec solùm pro extraneo, sed & pro patre, d. l. 8. C. h. l. 9. C. quod cum eo. l. 1. C. de filiofam. min. Quid? quod etiam filiusfamil. studiosus idoneus fideiussor est, si saltem privilegio fori sui renunciaret. Dd. in l. si fideiussor ff. qui satisd. cog. Specul. in tit. de satisd. §. verum. vers. sed pone, quod scholaris. Rebuff. de privil. schol. privil. 171. Quæ quidem omnia intelligenda sunt de filiofamil. maiore 25. annis. nam minor 25. annis idoneus fideiussor non est, ut infr. in th. 8. dicitur. (c) pro marito videlicet. auth. si qua mulier. ubi Dd. C. ad SC. Velleian. hoc namque casu obligatio est ipso jure nulla; etiamsi uxor fateretur in instrumento, pecuniam ad se pervenisse; seq; principalem debitricem cum viro constitueret, secund. Dd. in d. auth. nisi cum marito negotiaretur; quo casu tenetur etiam æs alienum mariti



## De Fideiussoribus.

5

mariti solvere. *Gail. 2. obser. 90. nu. 5.* At si pro alio fideiubeat, quàm pro marito; iuvatur exceptione S<sup>C</sup>ti Velleiani. *101. 1. ff. & C. ad S<sup>C</sup>. Velleian. l. 3. ff. b.* aded, ut nec pro patre, nec pro filio efficaciter intercedat. *l. 2. in princ. & § fin. ff. ad Velleian. l. 3. l. 8. Cod. eo.* nè quidem pro patre incarcerato. *Novell. 115. c. 3. § si quemlibet. in fine.* Sunt tamen plures casus, in quibus beneficio hoc mulier non gaudet; puta, si pecunia, pro qua mulier intercessit, probetur in utilitatem eius conversam, aut eius luxu dilapidatam esse; *ut eleganter declarat Gail. 2. obser. 89. Frider. Pruckman. in l. 9. par. 2. art. 15. nu. 13. vers. vix tamen. ff. de stat. hom. si foemina maior 25. annis pro extraneo vel marito solvat l. 1. l. 4. in fine. l. quamvis. C. ad Velleian. si pro intercessione pretium accepisse appareat. l. 23. C. d. tit. si post primam intercessionem elapso biennio de novo se obstringat. l. 22. C. eo. si S<sup>C</sup>to saltem extra iudicium renunciaverit. gl. Bart. & comm. Dd. in l. fin. C. eod. idq; vel præviâ certioratione huius privilegij. *Gail. obser. 77. nu. 2. & seqq. Bronchorst. cent. 2. ἐναυθιοφάνων. assert. 40. vel interpositione iuramenti, c. ex rescripto. c. cū contingat. ext. de iureiur. 2. Gail. d. obser. 77. nu. 10. & seqq. Item si mulier sit regina vel illustris regalia & iurisdictionalia habens. Ant. Hering. d. tract. c. 7. n. 517. Schrad. de feud. par. 10. sect. 1. nu. 5. & seqq. Herm. Kirchn. in tract. de legato. c. 3. nu. 37. & seqq. Statutum quoque ut uxor teneatur pro marito, valere asserunt *Mynsing. cent. 1. obser. 29. Gail. 1. obser. 36. nu. 2. & dict. obser. 89. nu. 1. (d) l. 8. § 1. ff. qui satisd. cog. l. 31. C. de locat. quod etiam hodiè in nostris militibus usum habere aiunt Val. Franc. d. tract. c. 2. nu. 217. Ant. de Gamma decis Lusit. 365. nu. 1. & 2. Gædd. de contrah. stipul. c. 7. concl. 17. nu. 305. (e) l. sed & si 20. ff. h. d. l. 8. § si servus. ff. qui satisd. cog. nisi in rem peculiarem fideiubeat. l. servus. 19. ff. h. l. 3. § si filiusfam. ff. de pec. vel in rem sui domini. l. quoties. § 1. ff. eod. (f) Nov. 123. c. 6. c. 1. c. quod quibusdā. ext. de fideiuss. c. te quidem 119. 1. can. 1. ibiq; Hostiens. Diss. Abb. Panormitan. & vulgò Canon. in c. 2. ext. de fideiuss. (g) per tradita ab Hering. d. tract. c. 7. n. 243. & seqq.***

7. Et cum fideiussorum usus ided introductus est, ut creditori magis cautum sit de debito, si forte reus principalis facultatibus lapsus fuerit: (a) fideiussores dari debent idonei: (b) quales rùm ex facultatibus & fide probata; tum etiam ex conveniendi facilitate æstimari solent. (c)

a) in princ. ubi *Schneid. nu. 12. Inst. h. & § fin. Inst. de replic. (b) l. 6. § 1. vers. planè. ff. de mun. & honor. l. pen. § 1. ff. de peric. & comm. rei vend.*

*vend. l. 9. in princ. ff. de publican.* Numquid verò debitor tenetur creditorem dequalitate & idoneitate fideiussorum certiozem reddere? minimè: sed sufficit eos personaliter exhibuisse creditori. *arg. l. ult. in princ. ff. de exercit. act. l. qui cum alio. ff. de R. l. Ias. in l. si fideiussor. nu. 4. ff. qui satisd. cog. (c) l. 2. in princ. ff. qui satisd. cog. l. 5. §. 1. ff. eo. l. 3. ff. h. l. si quis stipulatus. II 2. ff. de V. O.* Et si fortè ji, qui ab initio, ut idonei & locupletes, accepti sunt, medio tempore ad inopiam vergant, aut aliam ob causam minùs idonei reddantur, causâ cognitâ ex integro satisdandum erit. *l. 10. in fine. ff. qui satisd. cog.* id quod in prætorijs tantùm stipulationibus locum obtinere volunt Doctores ut late videri potest apud Hippol. de Marsil. in rubr. de fideiuss. numer. 74. Sed in conventionibus si fideiussor pro idoneo à creditore acceptus postea non solvendo existat; non tamen idèd à debitore alium fideiussorem idoneum exigendum tradunt. *per l. 4. ff. de hered. vend. & l. 96. §. 2. ff. de solut.* Verùm, quia leges ipsæ non ita distinguunt, cum *Vmmio in disp. 9. ad process. iudic. direct. thes. ult. num. ult.* rectiùs esse existimo, si simpliciter tam in causa judiciali, quàm extrajudiciali ex nova causa superveniente denuò satisdandum esse statuatur. *text. in l. 4. ff. ut in poss. leg.* A necessarijs vel conjunctis personis qualemcunq̃ fideiussorem iudicio sistendi causâ accipiendum esse statuo. *l. 1. ff. in ius voc. ut eant.*

8. Proinde non idonei ad fideiubendum reputantur egeni seu pauperes: (a) infames & leves personæ: (b) forenses, hoc est, qui non sunt de foro isto, ubi res sita vel contractum est: (c) potentiores: (d) minor 25. annis. (e)

a) *d. l. 5. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cog.* & ad litem propter paupertatem non sufficientes. *l. si quo. 41. ff. de petit. hered.* ut maximè aliàs sint honestæ vitæ, bonæque fidei. Ratio est: quia neque solum patrimonium locuples, neque sola innocentia vitæ idoneos fideiussores facit; sed utrumq̃ simul concurrere debet. *arg. d. l. si quis stipulatus. II 2. §. 1. in fine. ff. de verb. oblig.* & idoneus is demum est, qui est locuples & solvendo. *l. 2. §. 1. ff. de fund. dot. l. patri 27. §. pen. ff. de min. d. l. 2. in princ. ff. qui satisd. cog.* Ut autem locuples quis habeatur: facultates considerandæ sunt pro magnitudine causæ vel rei debitæ. *l. quos nos. §. 1. ff. de V. S. d. l. 1. ff. in ius vocati. & c.* Is, qui bona fideicommissio subjecta tantùm possidet, idoneus fideiussor non est; nec dicitur solvendo esse. *Anton. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 8. nu. 55. & 56.* quemadmodum nec ille, qui merè feudalia possidet:  
nulla

nulla verò allodialia. *Eman. Soarez. in comm. opin. lit. F. nu. 134. Hering. d. c. n. 59. idē est, quando bona, quæ possidet, sterilia, aut tenuia sunt. Franc. d. tract. cap. 4. nu. 16. & seq. aut in alieno territorio sita. Hippol. d. rubr. de fideiuss. nu. 253. aut alijs oppignorata ita ut non tantum superfit, quo novo creditori satisfieri queat. per tex. in l. qui habebat. 101. ff. de leg. 3. l. legata. ff. de supell. leg. quid verò de poss. s. re litigiosæ rei immobilis tantum dicemus? neque illum idoneum fideiussorem esse ait Franc. d. c. 4. nu. 22. nos in arbitrio iudicis positum esse arbitramur, an pro idoneo habendus sit, nec nē, per ea, quæ trad. Rebuff. ad constit. reg. art. 1. gloss. 15. nu. 3. & Anton. Sola ad constit. antiq. Sabaud. rubr. de concl. in caus. decret. ut nihil. gl. 1. par. 3. (b) Hering. d. tract. c. 8. nu. 125. & seq. (c) gl. in Novell. 53. c. 3. §. sancimus. Bart. in l. fin. Cod. de princ. ag. in reb. lib. 12. l. 1. & ibi Dd. ff. si quis in ius voc. non ier. Soarez. in commun. opin. lit. F. nu. 157. nisi expressè suo privilegio renunciaverint. d. l. 1. ff. si quis in ius voc. l. 7. in princ. ff. qui satisd. cog. Idem juris obtinet in eo, qui, licet modò sit de foro rei sitæ vel contractus; tamen mox in aliud territorium translaturus est domicilium. Hippol. in d. rubr. de fideiuss. nu. 258. Planè nihil impedit, quò minus fideiussor diversi status & conditionis cum debitore & creditore intercedere queat; puta, civis pro Principe, pro cive rusticus; item Iudæus pro Christiano; ut ostendit Hering. d. c. 8. nu. 101. & aliquot seq. (d) hoc est, quod opibus & gratia plurimum valent; & conventu sunt difficiles propter potentiam; ut definiuntur in tit. C. nē liceat potent. ubi Cuiac. hi namque idonei fideiussores non habentur, argu. eorum, quæ trad. Gail. 2. obser. 27. n. 25. Hippol. in d. rubr. n. 10. Diss. Ang. in d. l. 2. ff. qui satisd. & Rol. à Valle consil. 1. nu. 78. vol. 1. (e) propter periculum restitutionis in integrum: cuius remedio tutus est minor, sive pro extraneo, sive pro patre suo fideiussor. l. 1. C. de filiofam. min. l. ait prætor. §. non solum. ff. de min. nisi patri heres extiterit. d. l. 1. C. de filiofam. min. etiam si reus principalis sit solvendo; cum intersit sua, potius non solvere, quàm solutum repetere. l. ideò. ff. de compens. l. 15. in princ. ff. h. Controversum hinc est, utrum minor, qui sui juris est, sine curatoris consensu intercedere pro alio rectè possit? & distinctioni ab Interpp. communiter approbatæ inhærendum putamus; ita, ut, si curatorem habens, sine illo fideiubeat, ipso jure fideiussio non valeat: si curatorem non habeat, contractus quidem jure subsistat; sed per restitutionem in integrum ei subveniatur. argu. l. 3. C. de in integr. restit. min.*

*Diss. Cuiac. in l. puberes. 101. ff. de V. O. & lib. 19. obser. 33. Vult. 1. discept. Schol. 16. & alii.* Restitutio autem tunc minori denegatur, quando in rem suam fideiubeat, *d. l. 8. § 1. ubi Dd. id notant. ff. qui satisd. cog. si pro patre carceribus detento. Dd. in l. fin. C. de in integr. restit. si fideiussionem juramento roboravit. arg. auth. sacram. puberum. C. si advers. vend. ibiq. Dd. si denique dolo adversarium circumvenit. arg. l. 2. & r. t. C. si min. se maior. dix.*

9. Porro tam pro uno reo plures fideiussores (a) quam vicissim unus fideiussor pro pluribus reis (b) intervenire potest; prout vel iudici visum fuerit, vel inter contrahentes conventum. (c) Nec minus pro fideiussore alius fideiussor rite accipitur. (d)

a) *arg. l. 25. ff. de condict. indeb. l. 1. § 9. & l. seq. ff. qui satisd. cog. l. 3. §. fin. ff. indic. solvi. (b) l. 40. ff. b (c) Anton. Hering. de fideiuss. c. 9. nu. 23. & n. 26. ubi in civilibus causis unum idoneum & locupletem fideiussorem sufficere existimat: in criminalibus vero pro qualitate personarum & delicti plures exigendos esse per ibi sub nu. 34 & seq. alleg. auth. (d) l. 4. l. 8. §. fin. l. 27. § 1. & ult. ff. b.* An autem plures fideiussores unum rursus possint accipere fideiussorem, ita ut respectu huius fideiussoris fiant principales, sive in effectu locum creditorum secundorum subintrent? accurate pro affirmativa pugnans tractat *Gædd. de contrah. stipul. c. 5. concl. 10. à num. 132. usque ad nu. 160.*

10. Omnia autem obligationi accedere fideiussores possunt: (a) sive ea sit naturalis, sive civilis; (b) sive ex contractu vero, (c) vel quasi contractu; (d) sive ex delicto, (e) vel quasi delicto (f) descendat; sive sit principalis, sive accessoria; (g) sive præcedens, sive futura: (h) modò illa de jure subsistat. (i)

a) *l. 1. l. 8. §. 1. & 6 ff. b. Excipiuntur actiones populares, in quibus fideiussores locum non habent. l. 56 §. fin. in fine. ff. b. Similiter in causa dotis, constante matrimonio, fideiussor assumi prohibetur, etiam à marito spontè oblatus. ut prob. t. t. C. ne fideiuss. dot. dent. Diss. Duaren. & alii. pignora item pro dote dari non prohibentur. l. 17. §. si mulier. ff. ad SC. Velleian. l. 8 §. 6. ff. de don. int. vir. & uxor. (b) §. 1. Inst. h. d. l. 6. §. fin. l. 7. l. 16. §. 3. ff. eod. (c) l. 2. ff. b. (d) d. l. 8. §. 3. t. t. ff. & C. de fideiuss. tut. (e) d. l. 8. §. 5. l. 70. §. fin. ff. b. In causa vero criminali hæctenus locus est fideiussoribus, si crimen leve sit: & pœna pecuniaria expiandum: Secus si pœna capitali dignum. argu. l. 1. & l. divus. 3. ff. de custod. & exhib. rear. Schneidevinn. in §. 1. nu. 8. Inst. h. & ut maximè*

maximè pro reo talis criminis, pro quo pœna capitalis infligenda est, fideiussores recipiantur, pœnâ tamen illâ, quâ afficiendus erat reus, minimè teneri eos certi juris est: cum nemo dominus sit membrorum suorum, ideoque se ad talem pœnam nullo modo obligari possint. *l. liber homo. ff. ad L. Aquil.* Ergò prorsus impuniti eo casu fideiussores evadent? nequaquam. Sed certa pœna pecuniaria mulctabuntur, quam, nisi ipsi se ad aliquam certam summam ab initio obligarunt, iudex suo arbitrio definiet: atque hoc quidem si in culpa fuerint: sin in dolo versantur, etiam extra ordinem arbitrio iudicis punientur, citra tamen mortis pœnam. *l. si quis reum: 4. ff. de custod. & exhib. reor. Schneidervin. in d. §. 1. nu. 9. Inst. h. Wesenb. in parat. nu. 4. in fine h. (f) d. l. 8. §. 6. & d. l. 1. ff. h. (g) d. l. 27. §. 1. & ult. ff. h. (h) d. l. 6. §. ult. ff. h. nec refert; pro sciente an ignorante debitore quis fideiubeat. l. 30. ff. h. l. 20. §. 1. ff. mandati. (i) nam principali obligatione existente nulla; etiam fideiussio, tanquam accessoria, est inutilis. arg. l. 11. l. 29. d. l. 70. §. fin. ff. h. l. 6. ff. de V. O. facit l. 178. de R. l. nec juramento etiam interposito validatur; ut late probat Hering. de fideiuss. c. 10. nu. 94. 95. & plur. seqq. contra Bart. Ang. & Imol. in d. l. 56. ff. h. Paris. consil. 16. nu. 118. & seq. Everh. in top. leg. loco, à vi iuram. nu. 22.*

II Fideiussores fidem suam interponunt, mediante stipulatione solenni inter creditorem & ipsos per acta; hoc est: præcedente interrogatione & responsione mox sequente: (a) alioqui fideiussio nulla est. (b)

a) l. 5. §. satis acceptio. 2. ff. de V. O. l. 32. ff. mandati. l. blanditus. C. h. l. omnes. 33. §. in hac. C. de Episc. & Cler. ita ut, quamvis debitor principalis alio contractu obligatus sit, fideiussor tamen stipulando solum obligationi se obnoxium facit. arg. §. fin. Inst. h. & d. l. blanditus. Suo igitur nomine obligatur, tametsi pro debitore & ad eius utilitatem promittat. l. 97. §. 1. ff. de verb. oblig. Vasq. lib. 1. illustr. controvers. c. 33. num. 5. Hinc etiam infertur, fideiussionem non inter bonæ fidei, sed stricti juris conventiones referendam esse. Wesenb. in parat. h. n. 6. arg. l. 68. ff. h. Stipulatio autem solenniter intervenisse præsumitur, si in instrumento scriptum sit, aliquem fideiussisse. d. §. fin. Inst. h. l. 30. ff. de verb. oblig. l. 1. C. de contrah. stipul. (b) d. l. blanditus. C. h. d. l. 8. ff. eod. Val. Franc. de fideiuss. c. 1. nu. 7. eoq; potissimum differt fideiussor, à mandatore, expromissore, & constituyente. Gœdde. de contrah. stipul. c. 5. concl. 5. n. 18. Sciendum verò hîc; quòd

fideiussor dotis causa interveniens in iis casibus, in quibus fideiussor admittitur, nudo pacto citra stipulationem licitè se obliget. *l. fin. verb. pollicitus. item pollicitationem. C. ad Velleian. quod etiam in pia causa admittendum videtur. Jason. in dict. l. 5. §. satis acceptio. nu. 9. & 10.*

12. Cum igitur stipulationem inter absentes haudquaquam fieri posse manifestum est: (a) non immeritò in dubium vocatur: utrùm etiam fideiussio inter absentes, seu per epistolam contracta sit inutilis? Et quamvis analogia iuris sic dicendum esse maxime suadere videatur: (b) tamen contrarium & moribus nostris hodiernis, & æquitati ipsi convenire magis arbitror. (c)

a) *l. 1. in princ. ibiq. Dd. ff. de verb. oblig. l. 3. C. de contrah. stipul. l. 3. C. de inut. stipul. Schneidevuin. in §. item verborum. Inst. eod. (b) per modò & in thesi præcedente allegata. (c) tùm quòd ex iure nostro constat, non minùs valere, quòd scripturâ, quàm quòd linguâ nuncupatur, aut vocibus linguâ figuratis significatur. *l. non figura. ff. de oblig. & act. tùm quòd ille, qui scribit, loqui videatur. l. heredes. §. 1. ff. qui testam. fac. poss. l. 77. §. donationis. ff. de leg. 2. eademq; in scribendo, quæ in loquendo, sit ratio; ut ostendit Vasq. de success. tom. 1. lib. 2. §. 15. requis. 16. nu. 55. Accedit, quòd verba illa stipulationum, (de quibus text. in §. 1. Inst. de V. O.) priscis Romanis usitata & solennia in usu esse iam pridem desierunt; ita ut hodiè stipulationem inter & quamlibet aliam promissionem, quoad verba, vix distinguere possit, monente id quoque Wesenbecio in §. item inutilis. Inst. de inutil. stipul. Et communis usus & practica quotidiana luculenter comprobant; fideiussiones hodiè non minùs valere per epistolam contractas, quàm quæ inter præsentem celebratæ sunt.**

13. Præterea fideiussores vel purè, vel in diem, vel sub conditione: (a) item vel ad tempus, vel ex tempore; (b) vel unâ cum pignore; (c) aut sub certa pœna (d) obligari possunt. Et in summa fideiussionem vel in eandem vel leviolem causam; (e) non verò duriolem (f) iura contrahi permittunt.

a) *l. 27. in princ. ff. h. l. 22. ff. de oblig. & act. In dubio quidem fideiussor sub illa conditione datus præsumitur, sub qua reus principalis tenetur. Paris. consil. 164. num. 20. vol. 4. (b) *d. l. 8. §. 7. vers. item accepto. ff. h. l. fin. in princ. ff. de contrah. empt. Wesenbec. in parat. h. nu. 5. in fine. (c) quòd vel debitor creditori nectit, l. 51. §. creditor. l. 63. ff. h. vel ipse fideiussor, l. 3. §. ult. ff. de admin. rer. ad civit. pert. (d) gl. in l. sicut.**

sicut. 66. ff. h. quam ibi Ang. & Ioan. de Imola singularem dicunt. Vide etiam Ant. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 11. n. 221. & seqq. Quò pertinet frequentata illa inter Nobiles Germanos fideiussio, quàm, principali debitore non solvente ad diem constitutam, ad certum se venturos locum promittunt, nec inde discessuros, donec solutio fiat. Obstagium (Germanicè die *Laistung*) vocant. *Wesenbec. in parat. h. nu. 5. Clariss. Dn. Bocer. Præcept. meus honor. in class. 2. disput. 16. thes. 18.* Verùm hoc pactum in fideiussionibus per Politicam Constitutionem Imperialem Anno 1577. promulgatam aboliturum esse, refert *Gail. 2. obser. 45. nu. 6. & lib. 2. de pace publ. obser. 2. nu. 6. & in lib. de arrest. imper. c. 9. n. 15. (e) §. 5. Inst. h. d. l. 8. §. 7. l. si à reo. in prin. ff. eod. (f) d. §. 1. Inst. h. d. l. 8. §. 7. d. l. si à reo. in prin.* Quò minùs autem efficacius, quàm debitor, obstringatur fideiussor, nihil prohibet. *l. Marcellus. 25. ff. h. V. vesenb. in parat. h. nu. 5. in medio.* Sed & si quis in maiorem summam fideiubeat, quàm stipulatione concepta sit: fideiussio non omninò nulla est, sed obligat in quantitatem stipulatione comprehensam. *l. 1. §. si stipulanti ff. de V. O. Dn. Bocer. in d. class. 2. disp. 16. thes. 19. Dissent. Fachin. lib. 8. controu. iur. c. 51. ubi contrarium communiter Dd. tenere asserit.*

Disput.  
pars 2.

14. Effectus fideiussionis est, quòd fideiussor ipsiusque heredes, peræquè ac principalis debitor ad id, quod tempore fideiussionis in obligatione erat, teneantur: (a) sive fors fuerit sive usura: (b) eoq; nomine in eos creditori competat actio ex stipulatu (c) vel condictio certi generalis. (d)

a) §. 2. *Inst. h. l. 4. §. 1. ff. eod. l. 10. C. eod. l. 5. C. de pact. int. empt. l. 8. C. quod cum eo, qui in al. etsi nulla mentio heredum facta esset. l. 13. C. de contrah. stipul.* Ad illud ergò, quod ex mora debitoris ad principalem obligationem accedere potest, fideiussor non obligatur. *V. vesenbec. in parat. h. nu. 6.* neque interest, utrùm ante moram rei acceptus sit, an post moram rei. *l. 8. vers. nec oportebit. ff. de eo, quod certo loco. Cuiac. tract. 3. ad Afric. pag. 66. in fine.* nisi in omnem causam acceptus fuerit; aut ex sua quoque persona committatur mora. *Franc. de fideiuss. c. 5. nu. 41. & seq.* Porrò nec pro eo, quod ex delicto rei principalis obligationi accedit, fideiussor tenetur. *tex. elegans in l. 2. C. ad SC. Turpil. V. vesenbec. d. loco.* multò minùs pro eo, quod ex delicto tertij cuiusdam accedit. *l. 3. §. ult. ff. de eo, per quem fact. erit. & fac. tex. in l. procurator. 23. ff. rem rat. hab.* quanquam damnum à debitore causatum fideiussorem nonnunquam onerare

non inficias eo. l. 2 §. 5. l. 17. §. ult. ff. ad municip. l. 3 §. ul. ff. de pecul. & hac ratione fideiussorem pro conductore domus intercedentem, non solum pro pensione domus intercedere intelligi, sed & pro suppellectile fracta & consumpta; gl. est sing. in l. amissi. §. fideiussores. verb. dotis. ff. h. Gædd. de contr. stipul. c. II. nu. 130. Non incommode hinc questio moveri posse videtur: utrum exceptio debitori competens, eius fideiussori quoque accommodetur? Et discrimen faciendum statuimus inter exceptiones reales seu rei coherentes, & personales seu personam rei principalis concernentes. has prodesse fideiussori regulariter negamus; illas verò ad eum quoque porrigi asserimus. l. 7. in princ. & §. 1. ff. de except. l. II. C. eod. (b) l. 68. §. 1. ff. h. d. l. 8. C. quod cum eo, qui in al. (c) quando nimirum incerta stipulatio est, nec appareat, quid, quale, quantumque sit in stipulatione. l. 75. ff. de V. O. l. 95. §. 1. in fine. ff. de solut. l. mora. ff. de V. O. (d) si stipulatione certi quid comprehendatur. in princ. Inst. d. tit. Anton. Fab. 2. coniect. 12. Quandoque etiam de dolo actionem dari contra fideiussorem ex finali illa clausula usitatissima, Alles trewlich vnd ohne gefehrde / tradit Gæddæ. d. tract. cap. 8. conclus. 1. num. 26. non tamen propterea verum esse opinor, quòd Wesenbec. in §. actionum. nu. 1. Instit. de act. post Bald. consil. 343. lib. I. per adiectionem dictæ clausulæ contractum stricti juris in naturam bonæ fidei contractus transmutari vult. arg. l. nec ex prætorio. ff. de R. l. latè Gædd. d. c. 8. nu. 25. 26. & seqq.

15 Et quidem olim fideiussor ante principalem etiam debitorem conveniri poterat. (a) Hodie verò ex Imp. Iustiniani constitutione creditor prius excutere debet reum principalem: (b) nisi ille absens sit: (c) aut fideiussor dictæ constitutionis beneficio renunciauerit. (d)

a) Iure Digestorum & Codicis, ut patet ex l. 22. §. interdum. ff. mandati. l. 2. ubi Donell. l. 3. l. 5. l. 19. l. fin. C. h. Cai in fragm. lib. 2. tit. 9. §. verbis contrahitur. Quid quòd etiam hodie multis in locis consuetudine vel statuto receptum est; ut fideiussor etiam ante principalem excussum conveniri possit; uti testatur Boer. decis. 221. n. 15. qualis consuetudo in Austria quoque viget, quæ in tantum observatur, ut, si creditor reum principalem, antequàm fideiussorem, conveniat, fideiussor obligatione sua statim liberatus sit. Neque de æquitate huiusmodi consuetudinis dubitandum esse reor: quia pacto beneficium excussionis tolli queat: quidni etiam consuetudine?



suetudine? cum pactum, lex & consuetudo paris in materia hac  
 potestatis esse censeantur. *l. fin. C. h. (b) auth. presente. Cod. h. quæ de-  
 sumpta est ex Novella. 4. c. 1 loh. Gæd. de contr. stipul. c. 9. concl. 5. nu.  
 95.* Idque vocatur beneficium excussionis sive ordinis: quo bene-  
 ficio quoque gaudet fideiussor indemnitatis. *l. 1. & 2. C. de conven.  
 fisci debet. Gail. 2. observ. 27. nu. 13.* etiamsi is omnibus fideiussorum  
 beneficijs, legumque auxilijs renuntiaverit. *Soarez. in thes. comm.  
 opin. lit. F. nu. 137.* aut etiam iurejurando se obstrinxerit. *Jas. Dec. &  
 alii in l. ult. ff. de reb. credit.* Interdum & inter ipsos fideiussores lo-  
 cus est beneficium excussionis, quando videlicet pluribus fideiussor-  
 ribus constitutis, ad unum eorum pecunia pervenit. is enim prius  
 excutiendus, quam reliqui confideiussores conveniantur. *Anton.  
 Gabr. lib. 3. conclus. 2. nu. 2. Hering. de fideiuss. c. 27. nu. 161.* Et quidem  
 utitur fideiussor hoc beneficio non solum, ut debitor; sed & ut, eo  
 mortuo, heres eius excutiatur. *l. Moschis. ff. de iure fisci. auth. hoc  
 si debitor. C. de pign.* aut deficiente herede, hereditas eius jacens.  
*Gail. d. observ. 27. num. 12.* Nisi tamen fideiussor de hoc beneficio  
 excipiat ante litem contestatam, cum sit exceptio dilatoria; post-  
 modum non auditur. *Bartol. & communiter Dd. in l. 3. ff. de except.  
 Diss. gl. in d. l. 3. & ex parte Gail. d. observ. 27. nu. 3.* Is, qui principalem  
 debitorem se constituit (als einen selbst Schuldner und Zahler)  
 beneficio ordinis uti nequit *Hippol. in rubr. de fideiuss. nu. 62. Gail. 2.  
 observ. 28. nu. 2. & ult. quibus ad stipulatur Clariss. Dn. Præcept. Dn. Bo-  
 cer. classe 2. disput. 16. thes. 27.* Contrarium tenet gloss. in d. *Novella. 4.  
 Abb. Panormitan. in cap. pervenit. extr. de fideiuss. Matth. Stephan. in  
 Oecon. iuris civil. lib. 3. c. 50. nu. 25. secutus Ernst. Cothm. resp. 22.* Huic  
 beneficio etiam illum, qui se fideiussisse falsò inficiatus est, exci-  
 disse statuo, *per l. 10. §. 1. ff. h. Mynsing. cent. 2. observ. 15.* An inter mer-  
 catores excussionis exceptio locum habeat, controversum est? *co-  
 rum mihi opinio, qui asserunt, magis ad textus juris quadrare  
 videtur.* Ea verò, quæ hæctenus de excussione principalis rei di-  
 ximus, de judiciali excussione & conventionem volumus accepta.  
*argu. d. Novell. 4. c. 1. Donell. lib. 15. comment. c. 48. circa fin. Diss. Cuia.  
 ad d. Novell. 4. (c) d. Novell. 4. & auth. presente. C. h.* Petere nihilo-  
 hilominus licet fideiussori, ut detur sibi tempus, intra quod pro-  
 ducat reum primò conveniendum quod iudex pro ratione cir-  
 cumstantiarum definiet, ea lege, ut tempore sic præfinito trans-  
 acto cogatur fideiussor respondere creditori, & condemnatus sa-  
 tisfacere.

tisfacere.

tisfacere. *d. Novell. 4. & d. auth. presente.* Secus est in fideiussore, quem indemnitatis vocant, qui, licet absente reo, conveniri non potest, nisi prius conventus & non solvendo repertus fuerit reus principalis. *Gail. d. obser. 27. nu. 13. (d) l. pen. C. de pact. Novell. 136. c. 1. Mynsing. d. cent. 2. obser. 15. quod factum non praesumitur: sed in instrumento Notarij de tali renunciatione attestantis in dubio plerique credendum putant. argum. l. fin. C. h. gl. in l. 40. §. fin. ff. de pact. Menoch. de praesumpt. 2. praesumpt. 79. nu. 2. & per tot. Gail. d. obser. 27. nu. 24.* Huius occasione quaeritur: Vtrum generalis fideiussorum renuntiatio sufficiat; an verò speciali etiam ceterorum beneficiorum renunciatione opus sit? Et affirmant plerique si verba in renunciationibus generaliter non in genere summo sint concepta, sed in genere subalterno: veluti; Renuncio beneficijs de fideiussoribus vel fideiussoribus competentibus: vel sic: Renuncio omni iuris vel legum auxilio pro me faciente, &c. *Hering. de fideiuss. cap. 17. n. 40. & seqq. ibiq; alleg. Dd. Franc. de fideiuss. c. 5. nu. 343.* Idem est, & quidem consultius; si aliquibus fideiussorum remedijs in specie recensitis subsequatur generalis clausula; quòd praedictis omnibus & quibuscunq; alijs, &c. renunciet. *Hypol. d. rubr. de fideiuss. nu. 30. & 35. Vvesenbec. consil. 10. nu. 28.*

16. Si plures fideiussores sunt constituti, singuli in solidum ipso jure tenentur: & proinde creditor à singulis solidum petere potest. (a) Sed ex Epistola D. Hadriani obligatio inter eos dividitur; ita ut à singulis, qui tempore litis contestatae sunt solvendo, (b) viriles partes exigere debeant. (b)

a) §. 4. *Inst. h. l. 3. l. 16. C. eod. Vvesenbec. in parat. h. num. 6.* nisi ab initio contractus aliter conventum sit in specie. *l. inter eos. § 1. in pr. ff. h. (b) alioqui in opis portio ceteros onerat. d. §. 4. Inst. h. l. si Titius. 48. l. 28. ff. eod. l. non recte. C. eod.* quòd si unus ex pluribus fideiussoribus post divisionem factam non solvendo fiat; periculo creditoris id cedit. *d. l. inter eos. §. 4. ff. h. l. liberum. C. eod. (c) l. fin. C. de constit. pecun. d. §. 4. Inst. h. l. 26. cum l. seq. & d. l. § 1. ff. eod.* Atque hoc beneficium etiam fideiussor subalternus, seu qui pro alio fideiussore intercessit, habet adversus confideiussorem. *d. l. 27. §. 1. & ult. ff. h. & fideiussorum heredes. d. l. 27. §. 3. Nec obstat l. 4. §. soli. ff. quod cum eo, qui in al. item is, qui principaliter (als einen selbst Schuldner und Garant) se obligavit in solidum. arg. d. l. non recte. C. h. Et opponere licet*

licet hanc divisionis exceptionem usque ad sententiam. *gl. in l. fideiussor. C. b.* Cessat autem hæc exceptio divisionis in fideiussoribus tutorum. *l. fin. ff. rem pup. salu. fore.* in illis, qui se fideiussores inficiantur, & mendacij convincuntur. *l. si dubitet. 10. §. 1. ff. b.* item in his, qui ad factum aliquod se obligarunt. *argu. l. stipulationes. 72. ff. de V. O.* ut & illis nihil proficit, qui efficaciter renunciarunt. *d. l. fin. C. de pact. Schneidevvin. in d. §. 4. Inst. b.* Non minùs is, qui cum muliere simul pro aliquo fideiusserit, exceptione hac tueri se non potest. *d. l. si Titius. 48. in prin. ff. b.* Quid si cum minore maior fideiussit? Si minor post maioris fideiussionem spontè seu dolo intervernerit; idem putamus. *d. l. 48. §. 1. ff. b. Cuiac. 10. obser. 23. Diss. Connan. 6. Commentar.*

17. Quando verò unus ex fideiussoribus conventus solidum, non opposita divisionis exceptione, ultrò solverit: solutum id nec à creditore nec à confideiussore repetit; sed suæ negligentiae impensum ferre debet: (a) nisi creditor ipsi actiones suas cesserit. (b)

a) *d. §. 4. Inst. b. l. 39. l. 49. §. 1. vers. quòd si duo. ff. eo. l. cum alter. 11. C. eo.* (b) *l. 17. l. 36. d. l. 39. ff. eod. Zanger. in tract. de except. par. 2. c. 15. nu. 14. (Diss. Cyn. in l. 1. nu. 2. C. de duob. reis. qui etiam absque cessione fideiussorem solventem à confideiussore id, quod solvit, recuperare posse falsò existimat.)* Quam cessionem verbotenus fieri haud sufficit; sed exhibendum est instrumentum principalis debiti; alioqui fideiussor solutionem denegare poterit. *Bald. in l. si nomen. ff. de hered. vel act. vend.* Sed si creditor instrumentum penes se non habeat, & juret se amisisse, generalem quoque det quitantiam, simulque actionibus cedat; meritò est audiendus. *Anton. Hering. de fideiuss. c. 27. par. 3. num. 8.* An verò cessio hæc in solidum, an pro parte virili fieri debeat, dubitatio hîc oritur. Nos ita faciendam dicimus, non ut eam portionem, quæ solventem ipsum attingit, sed eas duntaxat partes, quas præter suam solvit, recuperare à confideiussore possit. *Hartman. Pistor. 1. quest. 48. nu. 4. §.* Ita etiam actionem cessam non aliter adversus confideiussores exercere potest, nisi ut raras seu viriles portiones exigat. *gl. in d. l. 17. verb. nomina. ff. b. & in l. cum pupillus. verb. pro parte. ff. de tut. & rat. distrab.* Anceps hic disputatio est inter Dd. utrùm cessio hæc actionum etiam post solutionem à solvente fideiussore peti possit? plerique negant; quòd solutione facta omnis sit extincta obligatio; ita ut

C

creditor.

creditor, cum ipse nullam amplius habeat actionem, eam neq; cedere fideiussori queat: nisi pactum fortè vel protestatio de cedendis sibi actionibus solutioni fuerit adjecta, per l. Modestinus. ff. de solutionib. Et quamvis hæc speciosè satis dicantur; tamen lubentiùs contrariam, tanquam æquiozem, affirmantium sententiam amplector, quam etiam tuetur Clarissimus Dn. Præceptor Bocer. dict. disput. 16. thes. 27. Franc. de fideiuss. cap 5. num. 484. per l. cum is. 36. iunct. l. 17. ff. h. eosq; secutus Dn. D. Plebst. in disput. Novantiq. 2. part. 2. thes. 63.

18. Solutione ita facta per fideiussorem, datur ei actio mandati contraria adversus principalem debitorem, eiusque heredes: (a) si pro eo mandante, aut præsentem, & non contradicente fideiussit: (b) si pro absente, negotiorum gestorum actionem habet. (c) Vtraque actione tam id, quod solvit, quam interesse suum & damnum profequitur. (d)

a) §. 6. Instit. h. l. 6. §. si passus. l. 20. §. 1. l. qui mutnam §. 1. l. 40. ff. mandati. l. 7. ff. de reb. auctor. iud. possid. l. 6. Cod. mandati. Et quamvis revera creditori fideiussor nondum solverit, sed pecuniam obtulerit, consignaverit & in iudicio deposuerit, l. 64. ff. h. l. qui mutnam. §. 1. ff. mandat. aut debitorem delegaverit. l. 18. ff. h. tamen confestim agere mandati potest. (b) dict. l. 6. §. si passus. dict. l. 20. ff. mandat. dict. l. 6. Cod. eodem. nam si pro invito & vetante fidem interposuit, nullam habet actionem. dict. l. 6. §. si passus. dict. l. 40. ff. mandat. Dissent. Paulus de Castr. & alii in l. fin. Cod. de negoc. gest. Idem est, si pro turpi causa intercessit. §. 7. Institut. de mandato. dict. l. 6. §. 3. l. si mandavero. §. 6. ff. eodem. (c) dict. l. 20. §. 1. tot. tit. ff. de negoc. gest. l. fin. Cod. eod. (d) cap. pervenit. extr. de fideiuss. l. 26. §. impendia. ff. mandat. gloss. & Dd. in l. Titius. ff. de procur. quo nomine etiam expensas litis in iudicio hoc venire non dubito. l. 45. §. 6. ff. mandati. l. 4. l. 20. C. eod.

19. Sunt tamen nonnulli casus, quibus fideiussori ante etiam solutionem, contra debitorem pro exemptione atque relevatione experiri licet; veluti, si debitore solutionem de die in diem procrastinante diu hæserit in obligatione; (a) si reus principalis bona sua profundere & abligurire, aut alias facultatibus labi cœperit: (b) denique si ab initio contractus inter debitorem & fideiussorem ita convenerit. (c)

a) c. fin.

2) *cap. fin. extr. de fideiuss. l. si pro ea. 10. Cod. mandat. l. Lucius. 38. §. 1. ff. eo.* Nec enim fideiussio perpetua esse debet, nè solutionis semper sit periculum extimescendum. *l. 9. ubi Zas. in ultim. not. ff. solut. matrimon. & argum. l. si is, à quo. in fine. ff. ut in poss. leg.* At quamdiu fideiussorem in obligatione stetisse oporteat, ut liberationem condicere possit, arbitrio iudicis committendum opinor. *gloss. in dict. cap. fin. in fine. de fideiuss. per l. 1. §. fin. ff. de iure deliber. Coras. in repet. l. frater à fratre. §. quasitum. nu. 38. ff. de condict. indeb. Schneidevvin. in §. 6. nu. 4. Instit. b. Dissent. gloss. in l. si cum fidei commissa. 16. §. Aristo. in verb. decennio. ff. qui & à quibus. & in l. penultim. & l. fin. Cod. de præscriptionib. longi tempor. ubi decennium requirit. (b) dict. cap. fin. de fideiussor. d. l. Lucius. §. 1. ff. mandat. d. l. si pro eo. Cod. eod. l. 24. ff. quæ in fraud. credit. idque de dilapidatione magna & fideiussionem sequente exaudiendum est. *Gail. 2. observat. 29. num. 7. & 9. (c) dict. l. si pro ea. 10. Cod. mandat. l. contractus. 23. ff. de Reg. Jur.* Idem statuimus, si fideiussor instrumento guarentigato, vel quod ex statuto paratam habet executionem; quemadmodum in foro Austriaco omnia instrumenta saltem debitoris manu subscripta & obsignata habere solent, accessit. Nam si timetur executio, ante solutionem debitor meritò cõvenitur à fideiussore. *Bartol. in l. fideiussor. 45. num. 2. ff. h. Gail. dict. observat. 29. num. 12. Wesenbec. in paratitl. h. num. 6. circa fin.* Sic etiam Studiosus fideiussor factus, si ad aliam Academiam migrare velit, rectè ad liberationem agit. *Treutler. select. disput. volum. 2. disput. 28. thes. 6. liter. C.* Plures casus, quibus ante solutionem fideiussori actio conceditur adversus debitorem, recenset *Val. Franc. dict. tractat. de fideiuss. cap. 5. nu. 559. usque ad nu. 602. & Anton. Hering. d. cap. 25. nu. 15. & aliquot seqq.**

20. Tollitur obligatio fideiussoria solutione, (a) novatione, (b) acceptilatione, (c) prorogatione termini in scio vel invito fideiussore à creditore facta, (d) præscriptione, (e) confusione, (f) sententia definitiva, (g) iurejurando, (h) & denique repræsentatione principalis rei semel facta. (i)

a) *l. in omnibus. 43. ff. de solutionib. sive ipse reus solverit, sive qui pro eo intervenerunt. §. 1. vers. item si reus. Instit. quib. mod. toll. obligat. etiam non fideiussores. l. 50. in princip. ff. mandat. l. 5. Cod. de solut. (b) l. 4. Cod. h. quæ nisi expressa fuerit, non præsumitur, nec*

obligatio prior tollitur, nè quidem exceptionis ope. §. 3. Instit. quibus mod. toll. obl. l. 1. ubi Salicet. num. 3. l. fin. Cod. de novat. Mascard. de probationib. conclus. IIII. num. 1. Gail. 2. observat. 30. num. 3. (c) l. 13. §. si fideiussori. & in l. 16. §. 1. ff. de acceptilat. Anton. Fab. 4. coniect. 8. Zanger. de except. part. 3. cap. 5. num. 25. & num. 42. quia solvillè dicitur, qui acceptilatione liberatus est. l. 5. l. 16. in princip. ff. de acceptil. (d) puta, si cum fideiussor usque ad triennium se obligasset, principalis debitor obligationem deinceps elapso triennio, ignorante fideiussore vel non consentiente, ad unum amplius annum extendi fecerit. Non autem ita simpliciter accipimus hanc liberationem, ut fideiussorem effluxo triennio præfinito obligatione sua prorsus liberari velimus. nam eam tantum ad periculum sequentis anni de novo debitori post triennium concessi restringimus; ita ut ratione triennij prioris, in quod fide sua se adstrinxit, nihilominus teneatur. per text. in leg. si cum Hermes, in fine, Cod. de locato. Tessaure. decis. 125. Gœddæ. de contrahen. stipulat. cap. 12. conclus. 10. Facit, quòd adiectio temporis dilationem regulariter faciendæ solutionis definit; non verò modus est terminandæ obligationis. l. obligationum. §. 1. vers. placet. ff. de obligat. & actionib. l. 5. ff. de præcario. §. 3. Instit. de verb. obligationib. Dissent. Specul. in tit. de fideiussor. §. 1. num. 19. Mynsinger. cent. 6. observat. 53. & commun. Dd. (e) ita ut præscripta obligatione & actione principali intelligatur etiam actio in fideiussorem prodita esse præscripta, per l. 3. cum l. seq. Cod. de præscriptionib. 30. vel quadrag. ann. l. 7. Cod. de constit. pecun. modò uno eodemque tempore utraq; fuerit contracta. argument. l. cum notissimi. 7. §. imò & illud vers. sed & si quis debet. Cod. de præscriptionib. trigint. annor. (f) hoc est; quando creditor heres debitori existit, aut contra. l. 21. §. 3. ff. h. l. 21. §. 1. ff. de liber. leg. l. 34. §. quidam. l. 75. ff. de solut. cum enim nec reus sit, pro quo fideiussor debeat; nec res ulla, quæ deberi possit; fideiussor meritò liberatur. l. 38. in fine. l. 50. l. 71. in. med. princip. ff. h. at quando fideiussor creditori heres existit; aut contra; solus liberatur fideiussor. dict. l. 21. §. 3. vers. quòd fidem. & §. ultim. dict. l. 71. in fine princip. vers. vel fideiussor creditori. ff. h. l. in omnibus. 43. ff. de solut. Illud non satis expeditum videtur apud juris nostri Interpp. Num fideiussori, qui principali reo heres existit, hereditatem adit, inventariumque conficit, confectio

confectio illa inventarij quicquam proffit, ut ultra vires hereditatis non teneatur? negantium parti assensum haud difficulter præbeo. per alleg. ab Hering. de fideiuss. cap. 20. §. 16. num. 37. & seqq. (g) qua reus principalis absolvitur. l. 28. in princip. ff. de appell. Wesenbec. in paratit. h. num. 6. in fine. Hering. dict. tractat. cap. 20. §. 19. num. 1. 2. & 4. quoniam obligatio ex contractu per iudicis sententiam novari dicitur, gloss. in l. 1. Cod. de iudic. Fideiussores autem iudicio sistendi causa dari liberantur sententiâ latâ, sive reus condemnatus sit, sive absolutus. gloss. 1. & Iason. in l. 2. §. fin. num. 9. ff. qui satisd. cog. l. 8. §. 3. ff. h. l. properandum. §. siquidem. ubi gloss. Cod. de iudic. (h) à debitore principali ratione pecuniæ creditæ præstito. l. 28. §. 1. l. fin. §. fin. ff. de iureiur. l. 7. §. 1. verb. iurisiurandi. ff. de except. (i) quando fideiussor spondit reum sistere & præsentare. gloss. & Dd. in l. in duobus. 28. §. si ei. ff. de iureiurand. Wesenbec. in paratit. h. in fine. per text. in c. non potest. §. 1. de præb. in 6. & in l. 89. §. 1. ff. de verbor. signif. nisi ad omnem requisitionem iudicis, & quoties opus fuerit, reum sistere promiserit. Rol. à Valle consil. 21. num. 11. libr. 2. Anton. Gabriel. lib. 7. comm. opin. tit. de malefic. conclus. 15. Hippol. dict. rubr. de fideiuss. nu. 99. & 138.

---

## Corollaria.

I.

**I**mprudenter facere Princeps ille videtur, qui in gubernatione sua unius tantum amici consilio utitur.

I I.

Periculosissimum esse autumo, Principem  
leges

*leges & consuetudines à maioribus introductas  
mutare velle.*

## I I I.


*Judeos in civitate Christiana tolerari pos-  
se nihil ambigendum censeo.*

## I V.

*Et Reipublica magis conducibile, & Chri-  
stiana equitati consentaneum videtur, fures  
vel in metallum vel ad triremes damnari, aut  
operibus publicis addici, quàm furcâ suspendi.*

DEO SOLI LAUS ET  
GLORIA.







venio metallico in fundo feudali repte, nūm ptineant  
ad alium feudi directum, an v. ad vasallum. disp. 2. 13.  
Haec nūm nomine an fisco commodum Junis Regalis p. 12.  
th. 14.  
v. f. m. s. n. a. n. y. an i. y. Junis g. r. a. n. e. o. c. e. s. t. r. e. p. o. s. s. i. s. d. i. s. p. 3.  
3. coroll. 4.

---

01 A 6525

ULB Halle


3

002 935 813



12

1007



*Ju*





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19  
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

ca, 37  
IBVS.  
LIO:  
issima Faculta-  
nsi Aca-  
DIO  
Consultissi-  
HRI-  
RIB E-  
N E A D E M  
IA ANTECES-  
q; Praeceptoris  
discutiendas  
o Jctorum.  
MARCH-  
us.  
G AE,  
i, Typof. Anno  
V.